

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pauli Manutii Epistolarum Libri XII

Manuzio, Paolo

Lipsiæ, Apud Johann. Herebord. Klosium, Anno 1707.

VD18 11417161

Eidem Viennam. Epist. V.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:ha33-1-198567

me, ut facis. Vale. Romæ, Kalend. Maji, M. D. LXX.

P. S. Laborabam eodem, quô antea morbo, & quidem aliquantô etiam gravius. Ita Dei voluntas fert. Nec satis constat inter medicos, qui sit exitus futurus: meus animus, ut ingenuè tibi fatear, aberrat à bona spe, quippe ætate ingravescente, valetudine perimbecillâ, morbo plurimorum mensum. Terogo pro nostra necessitudine, si quid mihi acciderit humanitus, filium meum Aldum, qui vivit Veneriis, tuis officiis, tuâque humanitate complectaris. Ego si diutius vita fruar, nullum mihi crede, erga te amicissimi atque observantissimi hominis officium prætermittam. Hæc quoque aliena manu: nam meæ vim penitus omnem ademit morbus. Vide, qui sim, mi Crato. Vale, & posthæc Venetias, quò me brevi conferre cogito, ad oratorem vestrum literas mittes. Is mihi eas reddendas curabit. Et quæquam fieri potest, ut inde me Patavium, valetudinis curandæ gratiâ, conferam; tamen discedens mandabo meis, ut literas mihi tuas eò mittant.

EIDEM VIENNAM.

EPIST. V.

Nunciat Cratoni, se post decem annos, Româ relicta, Venetias rediisse. Deinde quæritur, se non eum, quem speraverat, laborum fructum ibi percepisse. Tertio significat, se rediturum ad priora studia, modò per valetudinem liceat, quâ cum minùs commodâ utatur, quibus remediis eam curet, perscribit.

Kk

Nunc

Nunc demum exoriri mihi videor, & quasi post multam noctem lucem adipisci, reversus post annos decem in patriam ab urbe Roma, unde me laborem nullum pro publica re, communique commodo recusantem, gravis morbus ac diuturnus extrusit. Gratulantur amici, amplexantur, lætitiā oculis, vultu, sermone declarant. Hoc mihi jucundissimum est: sed, in hac jucunditate, angor sæpè intimis sensibus, dum recorder, quid jacturæ, quamdiu Romæ vixi, studia mea fecerint: de quibus quāquam intelligo non eum esse me, qui magna præstare possim, veruntamen minima, fortasse non erat expectatio. Ire, inquires, non oportuit. Certè, si divinare licuisset. Verum, si res adhuc integra ponatur, eundi consilium qui reprehendat, fortasse nemo sit. Laborabam domesticis incommodis, fratrum meorum culpâ: nec spes erat emergendi, nisi nova consilia caperentur. Vocabar à Pontifice Max. quò nihil videri poterat honorificentius: fructum autem quis non expectaret? Cohortabantur amplissimi viri, quorum erga me singularem benevolentiam multis rebus antea perspexeram. Lata denique, copiosa, amplā ab omnibus omnia promittebantur. Quid agerem? Credidi, & speravi: ut ferè sumus omnes homines hōc ingeniō, ut ea, quæ cupimus, libenter quoque speremus. Quāquam hoc levius, quod spem fefellerit eventus: non tamen enim abundare, quā non egere, gratum est: illud perquam grave, quod perpeti sæpè multa sum coactus, indecora prorsus, indignaque studiis nostris, ætate nostra-

frā.
curri
nere,
fectō
na,
gular
illa p
omni
periō
si non
loco,
peran
quod
tum,
te far
fruct
mur o
labor
grave
post n
rore,
quod
cedar
Huic
se, ne
medic
humi
coque
liis, m
spect
que ad

strâ, existimatione ante partâ. In quo tamen occurrit ea consolatio, quòd in illo vita durissimo genere, multa ferendò, multa simul didici, quæ perfectò me nunquam neque libri, neque ulla doctrina, neque dies ipsâ docere potuisset. Nunc, singulari divino munere patriam adepti, redibimus ad illa praelara studia, unde discedere non oportuit, omniqve prorsus curâ vacui, nullò cujusquam imperiò, exclusis etiam, si licebit, interpellatoribus; si non licebit, rure abditi, salubri aliquo, & amœno loco, fruemur, liberrimò otio, literalis nostris; operamqve dabimus, quantum in nobis erit, ut, quod amissum est antea temporis, non id quidè totum, (qui enim fieri potest?) nonnullâ tamen ex parte sarciat, & aliquem adhuc ex industria nostra fructum posteritas capiat, valetudine modò utamur commodâ, quâ nunc omninò caremus, ereptâ laboribus illis, animiq; curis, quæ nimium omninò graves, nimium diuturnæ fuerunt. Febris discessit post novem tandem menses, sed inediâ, morbo, mœrore, ad horribilem propè maciem redacti sumus: quodq; miserius etiam est, alvum purgare, nisi accedant extrinsecus adjumenta, nunquam licet. Huic arriditati afininum lac pròdesse in primis posse, neq; huic remedio ullum præstare, inter omnes medicos convenit. In cibo sicca omnia damnant, humida probant, præsertim quæ facilia sint ad concoquendum. Pono magnam spem in eorum consiliis, majorem tamen in animi tranquillitate, in adspectu meorum, in cœli patrii salubritate. Deniqve ad omnipotentem Deum omnia refero. Quid